

Genesis

Tercio iterū regnū reductū fuit ad ducatū. sicut filij israhel. primo habuerūt iudices: postea reges a Saule vsq; ad captiuitatē babilonis: et tercio duces p̄ captiuitatez babilonis. Primo ergo enumerant ducs q̄ p̄cesserūt regnū in filijs esau. secūdo reges: ibi. Reges aūt. tercio duces q̄ fuerūt p̄ regnū: ibi. Hec ergo noīa ducū. Prima adducit duas. s. i partē principales et incidētales. scd̄a ibi. Isti sunt filij seyr. ergo primo loquitur de duabus qui descenderūt ab Eliphaz primogenito esau: ibi. Dux theman ꝛc. scdo de ducabus qui descenderunt a rabuel secūdo filio esau. di. Hi q̄z filij rabuel ꝛc. subditur. t Isti sunt filij seyr Hec est ps inciden-talis. q̄z supra dixerat q̄ thamna fuit cōcubina eliphaz primogeniti esau: que fuit soror cuiꝰ dam ducis illiꝰ terre q̄ nō fuerūt d̄ genere esau. d. t Isti sunt filij seyr horrei. Iste seyr nō fuit esau. sed alius qui fuit an̄ eū qō p̄z et hoc q̄d addit. y Horrei. illi essent qui habitauerunt illā terram an̄ esau z filios eiꝰ vocati sunt horrei sed filij esau expulerunt eos de terra et dñati sūt ibi: vt hr̄ Deut. ij. c. et p̄z ex dictis vsq; ibi. r Filij lotha ꝛc. Iste de hemā.]. Paral. vocat Zabdi mā. y Filij sobal aluban ꝛc. hic.]. Paral. vocat Alian. z Et hi filij sebeō ꝛc. Hebrei dicūt. mulas i solitudie. dicēto. n. hebraica q̄ ibi posuit ligua punica: q̄ affinis é hebree significat calorē aq̄e: z hāc significatōem secuta é trāslatio nr̄a: z p̄z hoc exponit d̄ aq̄s calidis oriētib⁹ p modū fōtis z ereūtib⁹ d̄ terra vbi sē vene sulphuree ex q̄b⁹ aq̄ hbit calorē cuiusmōi fōtes i plurib⁹ locis inueniūtur. hebrei aūt dicūt q̄ fecit ascēdere asinos sup eqs. z sic adinuenit modū generatōis mulaꝝ: q̄ generāt ex asino et eq̄ z h̄ vt p̄cedat hr̄e scām cū d̄. z Cū pasceret asinos sethō p̄ris sui. Aliq̄ libri hnt asinas. s falsa é lra. a Abdaz. Iste vocatur Hamaran.]. Paral. b Et achan. iste vocat iacan ibidē. c Reges aūt. h reuertit scriptā ad enumerādū reges de stirpe esau i terra edō an̄ q̄ filij israhel hērēt regē. d Balach filiꝰ beor. iste nō é balach q̄ p̄cessit balaā ad maledicēdū filios israel vt hr̄ Nu. xxij. qō p̄z ex hoc q̄ iste d̄ filius Beor. ille aūt filiꝰ sephor. Itē q̄z iste d̄ rex edō fuit de ciuitate Dinaba: ille aūt fuit rex moab: e Et regnauit p̄ eo iobab. Aug. sup hūc locū et Ambro. sup ep̄lam ad Ro. dicūt q̄ iste iobab fuit ipse iob: s hebrei dicūt ꝑ nū dicētes q̄ discēdit de nachor fratre abrae. vt supra dictum est. xx. f Filius badadi.]. Paral. vocatur badad: et nomen vrbis eius phau. et.]. Paraly. d̄ phou. z appellatur vxor eiꝰ mehezabel. Ista mehezabel d̄ hic filia duoꝝ hominū. q̄a fuit filia vnius natural': et filia adoptiua alterius. vt supra expositū é de oolobama. g Hec ergo nomina ducū. Dicunt hic alij q̄ reges p̄dicti nō numerantur nisi illi q̄ regnauerunt vsq; ad tēpus moysi et tacent illi q̄ regnauerunt vltra de stirpe Esau. Itē dicunt q̄ duces qui numerātur p̄ illos reges fuerunt de veritatem histo-ric p̄cesserunt. s post reges enumerantur ꝓter regiā dignitatē: s falsitas vtriusq; dicti apparz p illud quod habetur p̄mo Para.]. capi. vbi sic dicitur. Adad aūt mortuo duces p regib⁹ i edom esse ceperunt.

filij eliphaz in terra edom et hi filij ada. Hi quoq; filij rahuel filij esau: dux naath: dux zara: dux sema: dux meza. Hi autem duces rabuel: in terra edom. Isti filij base math vroris esau. Hi autez filij oolibama vroris esau. Dux iehus: dux ihelon. dux chore. Hi duces oolibama filie ana vroris esau. Isti sūt filij esau et hi duces eorum: ipse est edom. Isti sunt filij Seyr horrei habitatores tre: lothan et sobal et sebeon: et anan et dison z eser et disan. Hi duces horrei filij seyr in terra edom: Facti sunt autē filij lothan: horrei et eman: Erat aūt soror lothan thāna: Et isti filij sobal: aluhā et manneeth: et ebal sephi et onā: et hi filij sebeon: achia z anan. Iste est anan qui inuenit aquas calidas in solitudine: cuz pasceret asinos sebeon patris sui. Habuitq; filium disan: et filiam oolibama. Et isti filij disan: abdaz. et iesban: et iethran: et charan. Hi quoq; filij eser: balaannā et zeuan z achan Habuit autem filios disan: hus et aran. Hi duces horrei

dorum: dux lothan: dux sobal dux sebeon: dux ana: dux dison: dux eser: dux disan. Isti duces horreorum qui imperauerunt in terra seyr. Reges autem qui regnauerunt in terra edom: antequ habe-rent regem filij israhel fuerunt hi: balach filius beor: nomenq; vrbis eius thnaba Mortuus est autem balach et regnauit p̄ eo iobab filiꝰ zare d̄ bosra. Cumq; mortuus esset iobab: regnauit p eo husan de terra themanorum. Hoc quoq; mortuo: regnauit p eo adad filiꝰ badadi q̄ percussit madian i regiōe moab: et nomen vrbi eius auith. Cumq; mortuus esset adad regnauit p̄ eo semla de maserecha. Hoc quoq; mortuo regnauit p eo saul de fluuio rooboth. Cumq; hic obisset succesſit in regnū balanan filiꝰ achobor. Isto quoq; mortuo regnauit pro eo adad: nomenq; vrbis eiꝰ phou et appellabatur vxor eius meeza bel filia matreth filie mizaab. Hec ergo nomina ducum esau: in cognationibus et locis et vocabulis suis. b Dux thamna

b Dux thamna ꝛc. Ex quo patet q̄ iste adad qui vltimo nominatur in regibus fuit vltimus rex. quia ei succesſerunt duces qui post eum enumerātur. Ex quo pat et q̄ isti duces nō p̄cesserunt reges.
b Dux thamna: dicunt aliqui q̄ ista fuit concubina eliphaz. z oolibama. que post nominatur fuit vxor esau. sed nominantur inter duces, ꝓter animositatez ipsarum. sicut Debora nominatur inter iudices israel. vt habet libro iudicū. Sed istud p̄cedit ex suppositione falsitatis p̄dicte. scz q̄ duces hic numerati p̄cesserunt reges p̄nominatos. quia certū est q̄ Thamna et oolibama mulieres p̄cesserunt p̄dictos reges. et ideo dicendum q̄ Thamna z Oolibama nō fuerunt hic nomina mulierū sed virorū. q̄z in hebreo bene inueniuntur aliqua nomina propria q̄ sunt equiuoca ad viz. et mulierem: tñ sm veritatem hebraicā Thamna prout hic describit p viro aliter punctat in hebreo q̄ vbi supra

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-254/0160
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG